Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



in secundo homine sit reparandum. fili ho
minis. qui stas in arduo contemplationis.
caue ruinam elationis. semp recolens esse te
filium hominis. Enigma ppone. quo & pri
me p̄uaricationis. & future redemptionis.
ordinem expone. Narra parabolam. qua
& supbie auertas ruinam. & humilitatis in
stituas disciplinam. Ad domum isrl. ad
uniuersitatē fidelium. eterne uisioni suspi
rantium. Dices. cum te os apiente. & me il
lud implente. mysteria mea mundo edices.
Hec dicit dn̄s deus. spiritus sanctus. qui futu
re redemptionis dispensat opus. Aquila
grandis magnarū alarum. longo mem
brorum ductu. plena plumis & uarietate.
uenit ad lybanum. Aquila grandis. est p̄
mus ille parens humani generis. qui posi
tus erat in arduo contemplationis. in ac
cessis illis & p̄ruptis silicibus. intendens an
gelicis ordinibus. Qui fuit magnarum ala
rū. sublimium & celestium scientiarū. ita
ut omni anime uiuenti pprium conderet
uocabulum. Longo membrorum ductu.
extensa pspicatia. sensuum internorū & ex
teriorum. Plena plumis. uirtutibus innu
meris. & uarietate. omnifaria beatitudinis
& immortalitatis compositione. Uenit ad
lybanū. ad illum amenū & candidatum.
paradysi incolatum. Tulit medulla cedri.
comedens ex omni ligno paradysi. quo in
corruptionis robur penniter habere potu
isset. si lignum scientie boni & mali uitare
uoluisset. Summitatē frondium eius auul
sit. dum p̄ceptum sui creatoris contempsit.
quo incorruptionis fructum eternaliter pos
sidere debuit. frondes enim incorruptio
nis. fuerunt gaudia immortalitatis. sum
mitas frondium. fuit illud obedientie p̄
ceptum. quo incorruptionis debuit cōfir
mari testamentum. In terrā chanaan eam
transportauit. dum illud incorruptionis
gaudium suorū commotione membrorū
commutauit. Chanaan enim motus eorū
uel negotiator. ul[illegible] humilis in
terpretatur. quo nomine illa inobedien
tie pena figuratur. p quam caro mouet.
anima negotiatur. spiritus humiliatur.
In urbe negotiatorum illam posuit. dū
incorruptionis leticiā. in illa conditio
ne serpentis & mulieris deposuit. Urbs
enī negotiatorum. fuit ille infelix con
tractus serpentis & mulieris. eritis sicut
dii. scientes bonū & malum. Tulit de se
mine terre uiuentium. quod est eterne
iocunditatis gaudium. iuxta illud psal
migraphi testimonium. Credo uidere bo
na dn̄i. in terra uiuentium. Et posuit il
lud in terra sua psemine. ut semen terre
sue esset concupiscentia carnis. concupis
centia oculorum. & supbia uite. Ut fir
maret radicem sup aquas multas. ut ra
dicem concupiscentie carnalis & mun
dane delectationis. transmitteret in
uniuersas misere sue posteritatis reliqui
as. In supficie illud posuit. cum spiritum
suū supbie contagione [illegible] polluit.
unde caro concupiscentie [illegible] putredi
ne sorduit. Cumq; germinasset. scilicet
cum p̄uaricationis merito. expulsus de
paradyso. uxorem suam cognouisset.
& filios ac filias generasset. Creuit in ui
neam latiorem. in sue posteritatis mul
titudinem. sup p̄finitum electorum
numerū diffusiorem. Humili statura.